



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 43. Antonii Bohieri Cardinalis obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. A.C. 1519. munere sat amplo Comitem de Villa de Miano ex illustrissima Familia de Taxis oriundum auxit, in eumque hoc officium hæreditario jure transfudit, eo consilio, ut potentissima hæc domus Hispanos in Regis absentis obsequio firmiter contineret. Eodem ex sine Procerum quam plurimos velleris aurei Equites creavit, atque inter eos Austriacæ Marchionem, Viziniani Principem, Cardonnæ Ducem, & Fridericum Henriquez Castellane classis Præfectum, præter alios nonnullos hoc honore auxit.

§. XLIII.

Antonii Bohieri Cardinalis obitus.

*Gui Breton-
neau hist. de
la Maison de
Briconet.
Jean. Chenu
hist. archiep.
Bituric.
Aubery hist.
des Cardi-
naux
Gaguin. l. II* **H**oc anno Sacrum Purpuratorum Collegium quatuor Cardinalium jacturam plauxit; hos inter primus erat Antonius Bohierus Bituricensis Archiepiscopus. Is primam lucem aspexit Issiodori in Alvernia ac filius fuit Austremontii Baronis de Saint-Cierque, & Annæ de Prato, quæ Cardinalis Antonii de Prato Franciæ Cancellarii amita erat. Primis adolescentiæ suæ annis Ordinem S. Benedicti in Abbatia Fescani in Normannia professus, ibidem, nec non Rothomagi ad S. Ovanum Abbas evasit; referunt nonnulli, illum quoque Cancellarium,

rium, alii vero eum Parlamenti Norman-
ni Præsidem fuisse creatum, demum An-
no millesimo quingentesimo decimo quin-
to Bituricensi Archiepiscopatu auctum.
Biennio post Antonius ad Francisci I.
Galliarum Regis preces, suffragante e-
tiam Prati Cancellarii auctoritate a Leo-
ne X. Papa Cardinalium numero adscri-
ptus est, cui tamen dignitati haud diu vita
superstes exstitit, sed die vigesima septima
Novembris Anno Christi millesimo quin-
gentesimo decimo nono Blesi, ubi tum Rex
agebat, rebus humanis valedixit. Cor-
pus ejus translatum ac sepultum fuit in
Ecclesia Metropolitana Bituricensi, quam
pluribus danis locupletavit, atque inter
alia aulæis pretiosis, quibus ejus symbo-
lum ac insignia intexta hodie dum vi-
suntur.

§. XLIV.

*Philippi Lucemburgii Cardinalis
extrema.*

Alter ex Cardinalibus, quem mors hoc
anno sustulit, erat Philippus Lucem-
burgius. Fuit is primo Atrebatii, postea
Anno Salutis millesimo quadringentesi-
mo septuagesimo septimo Terouanæ E-
piscopus, in qua Ecclesia Theobaldo
Patri suo successit; hic enim mortua
conjuge sua sacrae Clericorum militiæ
nomen

Sæcul. XVI.
A. C. 1519.

Nicol. Vi-
gnier hist. de
Luxemb.
Ciacon. in
Alex. VI.
p. 184.
San Marth.
Gall. Christ.